Einladungsschrift

an

alle Vorgesetzte, Gönner und Freunde

des

Gymnasiums zu Torgau

zu dem

Schröderischen Gestiftsactus

einiger Schüler der ersten Classe,

welcher

zum Palmensonntage, dem 4. April, und zum Montage darauf, dem 5. April d. J.,

von Abends 7 Uhr an im Schulsaale gehalten werden wird.

Inhalt.

Torgau, 1841.

Gedruckt mit Wibeburg'schen Schriften.

Brevis de Vindobonensi Symposii Xenophontei codice narratio.

Anniversaria scholae nostrae solemnia ne prolusione quadam sua carerent, pauca conscribere institui de Symposio Xenophonteo. Qui liber facetissimus quum iam antea antiquitatis graecae investigatoribus uberrimam dederit disputandi copiam, tum nova nuper post A. Boeckhium inter C. Fr. Hermannum Marburgensem et A. J. F. Henrichsenium Flenopolitanum de ratione, quam videatur hoc Symposium cum Platonico habere, excitari coepta est contentio: de qua tamen eo minus nunc placet iudicare, quod ille vir doctus contra huius libellum vindicias suas hoc ipso tempore se parare mihi scripsit. Verum etiam aliunde Xenophonteo libro oriuntur difficultates satis graves, a librorum manu scriptorum inopia: quae quo gravius fertur a Xenophontis amatoribus, eo diligentius nova subsidia dispicienda videntur esse. Perusini cuiusdam codicis, qui quum alios libros Xenophontis continet tum Convivium, notitiam aliquam debeo F. Ritschelio. Soli autem, quibus hodie Convivium nititur, Parisini libri sunt, quorum tamen collationem Gailianam aut olim accuratius factam aut nova cura recognitam velimus: id quod dolendum est a novissima editione Parisina, ut factum est ab eius auctoribus in aliis veterum scriptis, in Xenophonte factum non esse. Maximo igitur cum gaudio gratissimoque animo a C. E. Chr. Schneidero Vratislaviensi factam sibi ab J. H. Chr. Schubarto Vindobonensis cuiusdam libri collationem accepi, quam si cum hominibus litterarum graecarum studiosis communicarem, haud inutile quidquam facturus mihi videbar.

Codex Vindobonensis chartaceus est, formae quadratae, praeter Xenophontis Symposium Platonis aliquot libros continet estque idem, qui Stallbaumio dicitur Vind. 6, Bekkero Φ, Schneidero Vind. B, longe diligentius ille quam a Bekkero ad Platonis Civitatem excussus a Schneidero (vid. I. p. XVIII sqq. II. p. XXXVI. III. p. CXVI sqq.). De Xenophontis Convivio accedit ad Parisinos libros, qui pene duo tantum sunt, auctor et testis gravissimus: quibuscum si quaeris quam ille rationem habeat, est quidem, ut videtur, ex eodem cum illis ortus fonte perantiquo, ab iisdem tamen admodum diversus, ipse fons Juntinae editionis, quae est princeps omnium. Plurima, quae Parisinorum propria sunt, vitia non habet; minus quidem ad librum A, qui principem suum etiamnunc tenet locum, quam ad B inclinat: quae non magna profecto eius laus est: at plurimis vitiis, quibus ille deformatus est, et turpibus negligentiae vel imprudentiae vestigiis omnibus liber est noster codex. Cum hoc Juntina mire consentit,

*

ut IV, 47; habet tamen codex peculiares suas virtutes et vitia pauca, ut IV, 58. Ut vero appareat, non totum consentire codicem cum Juntina, quae ille habet propria persequar: qua in re cavendum est, ne Zeunium aut Schneiderum et qui hos sequuti sunt editores in cognoscenda Juntinae scriptura duces credas esse certos. Habet codex II, 4. *πολλοῦ*, depravato quidem accentu. 6. *ἐνταῦθα*. III, 3. *ἀπολάβοιμι*. 4. *εἰ*. 7. *βελτίους ποιεῖν ἡμᾶς*. 8. *σύ*. 13. *ἐνεκλίθη*. IV, 2. om. *ἔφη*. 5. habet *προαγορεύειν*. 6. *συνῆτε — σοφώτατος — ἐπίστασαι*. 8. *κρόμμυον* bis. 18. *ὧν τις δέοιτο*. 21. om. *αὖ*. 22. habet *τέρψιν*. 23. om. *οὐδαμοῦ*, habet *δὴ* pro *ἤδη*. 25. *ἄπιστον*. 28. *κνῆσμά τι*. 29. *διότι*. 30. duplex *ἐν τῇδε τῇ πόλει*. 35. *ἐφ' ᾧ*. 36. *πεινῶσι χρημάτων, ὥςτε ποιοῦσι*. 38. *μέ γ' ἐστὶ — ἐθέλειν αὐταῖς*. 48. *διὰ δὲ τὸ προειδέναι*. 51. *κακόν*. 52. *ὦ συρρακούσιε*. 57. *ὀκνῆτε*. 58. *ἄγουσι* et lacunam. 59. *ἐσχέθησαν*. V, 4. *πρὸς ἔργα*. 8. *πρός σε*. 10. *ἔφη ὁ Σωκράτης*. VI, 1. *εἴποιμ' ἂν — ἀλλ' ὅ δοκεῖ, τοῦτ' ἔφη*. 5. *ἔφη ἂν οἶμαι*. 8. *πόσας*. VII, 2. *κινδυνεύω — μάλιστ' ἄν*. 4. *πάνυ τοι*. 5. *διάγειν*. VIII, 2. *τόνδε — καὶ ἄλλων*. 3. *σεμνοτάτοις — οὐδὲν-ἡμᾶς*. 8. *θρυπτομένου*. 9. *διτταί*. 12. *παιδεύεις*. 13. om. *δή*. 14. habet *ὅσονπερ ἂν χρόνον*. 15. *ἐπαφροδιτωτέρα*. 16. *μορφῇ τε — ἡγεμονική*. 17. *πιστεύοι*. 22. *οὐδὲν χαλεπὸν — ἀνόσια*. 29. *ἀγασθείη*. 32. om. *καὶ* ante *πονεῖν*. 33. habet *οἱ ψέγειν τι καὶ ἀφρ*. 36. *ἐγὼ γὰρ οἶμαι*. 37. *ἄδηλον* correctum. 38. *τρόπαια*. 39. *ἐρευνητέον δὲ καί*. 42. *ἄριστος*. 43. *εὔκλειαν*. IX, 2. *θρόνος τε — ἑαυτῆς καί*. 3. 4. *ἐκαθέζετο*. 5. *ἐκ δὴ τούτου*. 6. *δὲ οὕτως — ἐφειμένοις*.

Iam vero si quaeritur, quod pretium codici constituendum putemus: cavendum est autem, ne iudicatio nostra, ut fit, videatur ferventior esse: habere eum quidem solum interdum bonam scripturam concedimus, ad confirmandum tamen quam ad novandum aptior videtur esse: quumque antiquiores codicum Parisinorum cognitione editiones pene totae e Juntina pendeant, est hic codex vulgatae, quae dicitur, lectionis fons ac principium. Eundem fere eum esse in Platone Schneideri diligentia demonstrat: vid. ann. ad IV, 2. VIII, 8. Nec denique alia omnino huius libri caussa est quam Vindobonensis Tacitini, quem descripsit A. Wissowa Lectt. Tacitt. spec. 3.

Meae autem notationis consilium hoc est, ut quum quae codex habet describam, tum illa et quae post Bornemannum prolata sunt commemorabilia, ad Convivium recte constituendum pertinentia, quam brevissime fieri potuerit, vocem in disceptationem. Quo accesserunt aliquot lectiones Heindorfii et J. G. Schneideri, ascriptae ab hoc ad marginem exempli, quo ipse usus est, in bibliotheca Vratislaviensi asservati. Accepi has quoque lectiones eximia viri eius humanitate, cui Opusculorum Xenophonteorum mea editio haud exiguum debet ornamentum, C. E. Chr. Schneideri.

Varietas lectionis excerpta e Cod. Vindob. Philos. Philol. CIX. Lambec. Philos. V.
Facta collatio ad Bornemanni editionem a. 1824.

Fol. Cod. 219. *Ξενοφῶντος ῥήτορος καὶ φιλοσόφου συμπόσιον.*

Cap. I.

1. *Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ*

Particula *γέ* a Zeunio ex Aristide, cui nimis ille videtur obsequi, recepta post Bornemannum ab omnibus editoribus iure praetermissa est.

2. *πατέρα αὐτοῦ*

3. *σωκράτη τε — ἑρμογένην καὶ ἀντισθένη — ἀμφὶ σωκράτη*

Plurimorum locorum observatione factum est, ut *Σωκράτην* accusativi formam usus Xenophontei esse grammatici perhiberent.

4. ἐγκεκαθαρμένοις

Scribendum ἐκκεκαθαρμένοις: vid. Anab. I, 2, 16. Nominum in αρχος et αρχης exeuntium magna est in libris variatio: vid. ann. ad R. Lac. XI, 4. Quae Boeckhio Oec. pol. Ath. II. p. 113. visa est forma antiquior, ea etiam nostro codice suffragante in vocabulo ἱππάρχοις restituenda est, cuius pro forma miror Hanovium ἱππάρχαις retinuisse. Denique cum Dindorfio scrib. σπουδαρχίαις.

6. ἀπεκρ. ἡμᾶς — ἐπιδ. ἡμῖν. 7. σωκράτη. 8. τις om. — βασιλικόν τι κάλλος

Tandem aliquando de verbis ὥςπερ εἰκός dubitari desitum est. Quod μέν post εὐθύς praetermisit Aldina, admonitu Dindorfii uncis secluserunt Herbstius et editor Xenophontis Parisiis nuper apud Didotum foras dati. Post idem vocabulum particula a libris nonnullis iniuria abest Hellen. III, 1, 16. Verum τὶς pronomen delendum est, cuius significationem aliquam patet iam inesse in participio. Irrepere autem in complures locos videtur voluisse. Sententiam suam correxit Dindorfius ad Hell. II, 1, 8. V. ann. ad Comm. I, 4, 14. Eorundem verborum ἂν ἡγήσατο R. Lac. VIII, 3. alia ratio est. Quae sequuntur βασιλικόν τι κάλλος, in iis sequi malim codicem: v. ann. ad Comm. II, 1, 22. Jacobitz. Luc. Pisc. c. 12.

9. Ψυχὴν ὑπ :πρός: ἐκεῖν α

10. γοργότερόν τε — εἶναι φέρονται, supra φαίνονται — ἐλευθερώτατον

οἱ ante ἐκ θεῶν etiam in Par. A. deesse falso narrant Born. et Herbst. Habet Vindobonensis. πρὸς τῷ — εἶναι φαίνονται Ast. Ephem. Vindob. 1816. p. 374. Herbstius et Hanovius iniuria ad comparativum ἐλευθεριώτερον redierunt.

11. συνεσκευασμένος τὲ — παῖδα ἔφη

Legendum συνεσκ. τε, quod quum in libris scriptis et editis veteribus legatur omnibus, recte repositum est ab Herbstio et Hanovio. Neque ego scio, qui factum sit, ut is usus τέ particulae Thucydidis et aliorum esse crederetur, Xenophontis esse negaretur. Cf. IV, 12.

12. δῆλον ὅτι

Vid. Born. Cyrop. I, 6, 24. ed. Schn. Ultimum vocabulum incaute inclusit Herbstius auctore Kruegero.

14. δὲ ὀλίγον — ἄλλό τι

Prius etiam e Parisinis recipiendum.

15. ἀλλ' ἢ ὀδ. — γενέσθαι, τοῦ τε μὴ ὡς ἀντ. — ἀπεμύττετο καὶ

Scrib. ἀλλ' ἦ ὀδύνη σε εἴληφε; ut is similis usus sit ei, quem ἤ habet post interrogationem in antecedentibus expressam vel cogitatione addendam, aut etiam praecedente οὐδέν, οὐδὲν ἄλλο; ad quem propius paullo accedit locus Plat. Phaedr. 258 e. τίνος μὲν οὖν ἕνεκα κἄν τις ζῴη ἀλλ' ἢ τῶν τοιούτων ἡδονῶν ἕνεκα; Aliter sentit Klotz. Devar. II. 1. 52. Editio Halensis, quam non tam temere obsequi Juntinae quam credi solet demonstravi ad Opusculorum locum aliquem, non habet τοῦτε μήν, ut est apud Bornemannum, sed τοῦτε μὴ ὡς ἀντικληθισόμενος. Quod libri habent scripti et impressi usque ad Stephanum omnes προςφέρεσθαι nescio an non sit commutandum. Cyrop. V, 4, 6. ὥςπερ εἰς λιμένα ἐκ χειμῶνος προςφέρεσθαι. Hell. VII, 5, 15. ἐτύγχανον προσιόντες εἰς τὴν Μαντί-

νειχν. Vid. Schneid. Cyrop. I, 4, 11. Bornem. infra IX, 2. ubi apud Victorium est εἴςεισι πρὸς τὸν θάλαμον. Nam ut praepositionum πρός et εἰς in libris scriptis crebra permutatio est, ita usus non admodum distinctus.

Cap. II.

1. συρρακούσιος — κιθαρίζοντα καὶ

αἱ τράπεζαι non omittit codex ut Parisini. Quod ἔσπεισάν τε e coniectura Kruegeri scripsit Hanovius, recte fortasse fecit. Comprobat codex hunc ordinem ἔρχεταί τις αὐτοῖς ἐπὶ κῶμον Συρακόσιος ἄνθρωπος. Particulam τέ alteram, post ἔχων, explicant Elmsl. Eur. Heracl. 622. Add. Sommer. Annal. Lips. 1831. 12; alteram, post κιθαρίζοντα, damnant codices. ταῦτα δὲ καὶ ἐπιδεικνύς: haec vero non solum habens ac sciens, sed etiam ostendens. καί immerito secluserunt Dindorfiana et quae eam sequi solet Parisina.

2. Legendum cum codicibus ἡ αὐλητρίς μέν. Vocem ἥδιστα om. A, non B, ut est apud Bornem.

3. μῦρον — ἔφη ὦ σώκρατες — καὶ ὀδμή. ἄλλη μὲν γυναικί. ἄλλη δὲ ἀνδρὶ πρέπει — νικηράτου καὶ κριτοβούλου

Quam sit sanus codex noster, minus ex iis, quae annotata sunt, quam quod alia non sunt annotata, apparet etiam hac paragrapho: qua nescio an magis etiam quam factum est sequenda eius vestigia dicam. Quod scripsit μῦρον — nam quam habeant Parisini scripturam, non docet Gailius — veterem eius vocabuli notationem sequitur. Ordo verborum praestabilior est, ut bis legatur ἄλλη μὲν γυναικί, ἄλλη δὲ ἀνδρί. Deinde scribendum μύρου μέν τι καὶ προσδέονται· αὗται γὰρ τούτου ὄζουσιν. Quam etiam Schneideri fuisse sententiam, apparet exemplo editionis, quo ipse usus est. Vide quae exposui in Convivii editione, quam hoc ipso tempore paratam emitto. In verbis ultimis Dindorfium equidem non magis sequor.

4. χρόνου πόλλου δέονται — ἄν τις τ. τ. χρ. λάβῃ — μυροπώλων — κακοῖσι συμμιγῇς

πολλοῦ habet Aldina, non Juntina. Scrib. χρῖσμα.

5. εἰς ταῦτα ἐπιτηδεῦσαι. De lacuna videnda mea editio.

6. ὡς οὐδὲν διδακτὸν — μαθητέον

Codicem si cum Parisinis comparamus, habet hic quidem sua incommoda οὐδέν — μαθητέον, non habet communia cum illis vitia αὐτῷ — εὑρήσεις — διδακτὸν τούτου, graviora illa quidem.

9. γυναικεῖα — γνώμης

De diversitate scripturae γνώμης et ῥώμης deque his vocabulis in scriptis veterum permutatis, iuxta se positis, sibi oppositis, et de sententiis interpretum ne iusto longius labamur, sufficiat ex mea editione repetere, laudis imminutionem in vocabulo γνώμης — nam haec est vera scriptura — positam ex mala mulierum apud Graecos existimatione explicandam esse. E locis plurimis contuli hos: R Lac. III, 4. Plat. Sympos. 181 c. Addo Hanovium ῥώμης scriptum reliquisse, γνώμης in annotatione defendisse, et scripturae ῥώμης novissimum patronum exstitisse A. J. F. Henrichsenium diss. de consilio et arte Convivii Xenoph. eiusque cum Platonico necessitudine, Flenopol. 1840, p. 29.

11. εἰς μὲν οὖν ταῦτα, quod scripsit Bornemannus, comprobat cum Juntina noster codex. Cf. I, 8.

12. ὡς οὐ καὶ ἡ — οὕτω om. 13. συρρακουσίω — ἐπιδείξαντα — ποιήσει

ἐπιδείξαντι an ἐπιδείξαντα praeferendum sit, non facile est ad iudicandum. Quod Bornemannus ποιήσει, quae est scriptura librorum ante Castalionem omnium, conatus est quodammodo defendere, magis eam nobis fortasse probaret sententiam, si verbum de saltatrice intelligendum esse diceret.

14. ἐς τὰς μάχ. 15. εἶδετ' ἔφη

Itaque Schaeferianarum emendationum altera refellitur, altera comprobatur: utrumque commode. Scrib. Εἴδετ', ἔφη, ὡς καλὸς ὁ παῖς ὤν, ut ea sit interrogatio. Quamquam verborum articulo carentium explicatio facilis est.

16. ἄλλό τι (sic saepe) — ὦ συρρακούσιε. Iam Quaest. I. p. 11. προςενενόησα scribendum dixi. προςενόησα retinuerunt Herbst. et Hanov. Verbum προςνοεῖν e cod. Guelf. ingessit Zeunius Cyrop. VI, 3, 7.

17. τοὺς ὤμους δὲ λεπτύνονται Dindorf. Herbst. Parisina. Scrib. τοὺς δὲ ὤμους cum codicibus.

22. μιμεῖσθαι τροχοὺς ἐπειρᾶτο — θᾶττον ἄρρυθμον

Scrib. ἀντεπέδειξεν cum Paris. A. et nostro: cuius loco mirum est Herbstium ἀντεπέδειξεν restituisse. Quod Parisini εἰς τοὔμπροσθεν habent, ad sequentia pertinere putat Bornemannus; sed ut est apud Gailium exscripta lectionis varietas, est illud loco verborum εἰς τοὔπισθεν. Verba ἐκεῖνος ταῦτα εἰς τὸ ἔμπροσθεν ἐπικύπτων μιμεῖσθαι τροχοὺς ἐπειρᾶτο ut olim Quaest. I. p. 4, ita nunc quoque ex familiari dicendi consuetudine interpretor, qua quum antecesserit ταῦτα, verbis deinde aliquot interiectis ipsum illud ponitur τροχοὺς μιμεῖσθαι, cuius loco positum exspectes ποιεῖν. Simplicior paullo ratio est locorum Cyrop. I, 3, 10. Plat. Lach. 196 b. Alios etiam impeditiores vid. apud Popp. et Göller. Thucyd. II, 40. IV, 125. Sommer. Diar. Darmstad. 1835. 122. p. 979. Kühner. gr. 559. n. 1.

23. Scribendum esse ἐγὼ γοῦν διψῶ iam vidit Heindorfius, ut est in margine Schneideri. Vid. IV, 16.

25. τῶν ἀνδρῶν συμπόσια ταῦτα — ἐν γῇ — ὅταν δὲ ὅσω ἥδεται τοσούτω πίνῃ

Probabilis Dindorfii scriptura est. Vid. ann. ad VIII, 15. Scrib. ὅταν δὲ ὅσῳ cum codicibus, quibus in his etiam propter spiritum asperum obtemperandum est. Vid. ann. ad Comm. III, 12, 6. Deinde τοσοῦτο πίνῃ: cf. Popp. Thuc. VII, 86 sq.

26. εὐδ' ἀναπνεῖν — ἐπιψεκάζωσιν

μεθύειν cum Orellio et Heindorfio malle se abesse Schneiderus in margine annotavit.

Cap. III.

1. καὶ αὐτὴ ἡ κρᾶσις. Scrib. οὕτως καί. Vid. ann. ad Comm. I, 3, 1.

2. οὕτω μὲν δή. Scrib. εἶπαν. Vid. ann. ad Comm. II, 2, 8.

3. ἕκαστος ἐπίστασθαι. Quod praeter Parisinos etiam noster codex habet ἀπολάβοιμι, non consentiens hic quoque cum Juntina, mirum eo non uti Haasium R. Lac. VI, 1.

4. ει (η) καλοκαγαθία. Quod codex habet ει, Victorio duce scribendum dixi Quaest. I. 12 sq. Comm. IV, 3, 12; scripsit de sua et Hermanni coniectura Dindorfius et pedisequa eius Parisina. Plat. Alcib. I. 106 b. quod nondum ausus est Stallbaumius ex emendatione Buttmanni recipere, receperunt iniuria Turicenses.

5. καὶ ἡμῶν ἕκαστος. Librorum manu exaratorum et, si a paucis recesseris, impressorum omnium scripturam ἡμῶν cum Dindorfii Teubneriana et Parisina defendas, ut hic quoque a Socrate eos, quos §. 2. dixit, oppositos putes. Nec minus potest articulus ab illis deletus defendi in verbis ὁ πατὴρ ὁ ἐπιμελούμενος.

6. ἂν ἐκ. Codex hic quoque cum Juntina consentit, ὀλίγου et δέδοικας praebens: errores enim Schneideri et qui eum sequuti sunt editorum correxit Bornemannus. οὔκουν ἔμοιγε δοκῶ scribi voluisse Heindorfium annotavit Schneiderus.

7. καὶ σὺ ὦ σώκρατες ἔφη ἕξεις — βελτίους ποιεῖν ἡμᾶς

Difficile ad iudicandum est, utrum ὁ Σωκράτης ἔφη an ἔφη ὁ Σωκράτης hic legendum sit. Prius praeferendum esse propter locum IV, 16. nescio quo iure dicat Herbstius, qui falso e Parisinis nomen Socratis emendatum retulit.

8. Retinendum ἔφη post πολλήν. 10. ἐπ' αὐτὸν, ὑμεῖς

11. δῆλον ἔφη. Tuitus sum in editione mea scripturam δηλῶν ἔφη ὁ Λύκων τὸν Φίλιππον. De participio cf. §. 14. Thuc. I, 10.

12. ἔφη ἐπὶ τούτῳ. Recte Herbstius signum interrogationis posuit post φρονεῖς. Insertum post ἔφη vocabulum ὅτι codices deleri iubent. Vid. Bornem. II, 13. Comm. IV, 4, 15. Cyr. I, 3, 17. ed. Schn. Stallbaum. Plat. Apol. 20 d.

13. ὅδ' εἶπεν. Paris. B dat προσέβλεψεν, non προέβλεψεν, ut est apud Bornemannum. Scrib. ὁ δ' εἶπεν. Memorabile est autem, in tribus paragraphis continuis de ὅτι vel addendo vel omittendo agi. Quod hic ante verba ἐπὶ τῷ πατρί omittunt Parisini ὅτι sine sententiae incommodo, habet Vindobonensis, rectius, ut videtur, defenditur quam damnatur. Nam quod Bornemannus addito ὅτι puerum amabilem aliquanto verbosiorem dicit effici; neque profecto haec magna verbositas est neque particulam rectae orationi praepositam a scriptore ipsius, qui loquitur, verbis addere debemus. Non deest in Juntina eamque sequutis editionibus Castilionea, Halensi, Brylingerianis ἐπί, ut est apud Herbstium. Quorum librorum auctoritas a Vindobonensi codice repetenda est.

Cap. IV.

1. ὦ ἡμῶν ἀκούω. De his verbis disputantem Bornemannum iniuria reprehendit Förtsch. Obss. critt. in Lys. oratt. p. 65.

2. ψυχαῖς, ἤ. Recte nuper ἔφη omitti coeptum est. De scriptura βαλλάντιον, in qua nescio quo iure codices consentire dicat Thesaurus Stephani, conferendus Schneider. Plat. Civ. 348 d. 555 d., cuius ex annotatione Vindobonensem codicem apud Platonem eandem atque apud Xenophontem praebere formam videbis.

3. οὐ μὰ τόν. Collocationem verborum Victorianam εἰ πρὸς μέν, quamquam etiam novissima subsidia dissentiunt, praetulerim cum Dindorfianis et Parisina. Deinde ἂν particulam non possum ego tueri, neque ut cum δύνασαι neque ut cum ποιεῖν componatur:

quam rationem utramque commiscuit, ut videtur, Herbstius ceterum recte ἂν uncis includens.

4. ἐν μισθῷ αὐτὰς οἰκοῦσι. Vera fortasse scriptura et variae lectionis origo. Theophr. Char. XXIII, 5. ἐν μισθῷ τὴν οἰκίαν οἰκῶν. Dolendum est autem silentio Gailii de codicibus Parisinis non recte posse fidem haberi.

6. ὅσις οὖν ἂν ἡμῶν — εὐξέτου — χερσί. Quod codex habet ὁ Ὅμηρος ὁ σοφώτατος, id non sine vi Niceratus, qui poëtam in deliciis habet, proferre putandus est. Quamquam articulus prior abest a Parisinis. De particularum οὖν ἂν sede mobili ac mutua non desunt apud Xenophontis editores observationes.

7. αὐτίκα μὰ δί' ἔξεστι — κρόμμυον — κρόμμυον. Scribi πίεσθε voluerunt etiam Schneiderus in margine et Buttmannus gr. gr. II. p. 216. Vid. Bornem. Cyr. I, 3, 9. Schn.

8. ἔοικεν εἶναι. ὡς κρόμμυόν γε οὐ μόνον. Scribendum ita, ut tamen antecedat ὄντως et κρόμυον unam litteram μ habeat.

11. οἵπερ κἀγώ non necesse esse scribi, ut voluit Schwidop. Obss. in Xen. Hell. Regimont. 1839. p. 4, quum aliunde patet tum ex iis, quae ad hunc locum et ad VIII, 15. observavit Bornemannus.

12. ἢ ἐκείνου ἑνὸς ὄντος. ἄχθομαί τε καί. Ita hic quoque scribendum. Neque vero si codex haberet κείνου, improbarem: vid. Bekk. Dem. Phil. I, 49. Lob. Phryn. 7. Engelh. Ann. Dem. p. 60 sq. Schaef. App. Dem. I. 819. Popp. Thuc. III. 4. p. 801: et quae e Paris. A. habet Dindorfius, probabilia sunt omnia.

14. τὰ ὄντα κλεινία διδοίην — πρὸς ἐκείνου. 15. δικαιότερός σου εἰμί

16. Scribendum videtur ἐγὼ γοῦν, quod voluit etiam Heindorfius apud Schneiderum in margine et scriptum mavult Herbstius in Addendis. Vid. II, 23. ann. ad Comm. II, 5, 3.

17. τεκμήριον — θαλλοφόρους δὲ τῇ — συμπαρομαρτοῦντας

18. Cum codice consentiens Juntina habet λέγοις: quae hanc iniuriam passa est, ut usque ad Bornemanni diligentiam editores incredibili incuria eius scripturam notarent.

20. ὅπως μεμνήσει volebat Heindorfius, ut ὅπως μὴ φήσει §. 8. ἐπανέλθωσι est in Paris. B.

21. om. αὖ. 23. οὕτως οὖν συμφ. C. Gabr. Cobet. Prosopogr. Xenoph. p. 60. scribi vult ἐκείνῳ δὲ πρὸς τὸ ὅπ., ut τούτῳ ad Cliniam, ἐκείνῳ ad Critobulum pertineat. Cf. §. 12. Contra Bornemannum recte disputavit censor Diar. Lips. 1826. 269. De verbis illis, quae etiam Astius libidinose tractavit, vid. Naek. Mus. Rhen. II. 4. p. 582.

24. καὶ λιθίνας ἀπῄει ἀπ' αὐτοῦ· νῦν δὲ δὴ εἶδον. Scribendum ita mihi visum est, modo λιθίνας mutetur in λίθινος. Particulae non eam vim h. l. habent, quam Anab. VII, 1, 28. 6, 31. sed qua dici solet νῦν δή. Certe scribendum erat νῦν δ' ἤδη. Prius λιθίνας interpretamentum eius esse, quod est in Aldina, λιθίνην, si quis credat, non abhorret sane ea sententia ab omni verisimilitudine. Duplex adverbium Xenophon anaphora particularum μὲν — δὲ notasset, opinor: quamquam vid. §. 60. Maiorem vero offensionem habet οὐδαμοῦ: quod si scripsit Xenophon, scripsit significatione vel ea, quae est Cyrop. VII, 3, 2. πρόσθεν θαμίζων ἐφ' ἡμᾶς νῦν οὐδαμοῦ φαίνεται, ubi vid. Born., vel quae est Anab. VI, 1, 16. ἡμεῖς γὰρ ἀποδραίημεν ἂν οὐδαμοῦ ἐνθένδε, ubi v. Krüg. Infra §. 30. est ἀποδημῆσαι δὲ οὐδαμοῦ ἐξῆν (cf. Schaef. App. Dem. V. 734). 51. οὐδέποτέ μου ἀπολείπεται.

25. οὕτω καὶ πεφ. — καὶ γὰρ ἄπιστον καὶ ἐλπίδας. Scripturae ὡς ἐν ὑμῖν αὐτοῖς εἰρῆσθαι et ἄπληστον ὂν ex earum genere sunt, quae speciosiores dici debeant quam veriores esse. Participium e Dindorfianis accepit Parisina, non habet Dindorfius ann. ad Comm. I, 3, 13.

26. πάντων ἔργον. Verba ἴσως δὲ καὶ — ἐντιμότερόν ἐστιν alienam originem ipsa produnt. Quod nisi ita esset, post παρέχει comma ponendum et καί delendum videretur: σώμασι non opus in στόμασι mutari.

27. ἀμφότεροι ἐμβατεύετέ τι. τῇ κεφαλῇ πρὸς τὴν κεφαλήν. Inversus casuum ordo est etiam in Parisinis: id quod neglexerunt Herbstius et Bornemannus; huius operae etiam ultimum vocabulum corruperunt. Post ἔχοντα signum interrogationis ponendum.

28. ὤδαξ ^ου^ — νῦν τί σοι. Scripturam ὠδάξουν confirmat codex. De verbis πρὶν ἂν τὸ γένειον annotatio Bornemanni obscurior.

30. ἐν τῇδε τῇ πόλει ὅτι μὲν πλούσιος ἦν ἐν τῇδε τῇ πόλει

32. εἰμὶ νῦν μέν. Quod retinendum videtur. οὐκέτι οὐδὲ μέλει οὐδενί, quod aeque probandum est atque quod sequitur οὐδὲ γὰρ ἔχω, recte tuitus est Hanovius.

33. ἀποτρ. θύοις. Volebat Heindorfius ἂν θύοις.

34. ὦ ἄνδρες, οὐκ (in margine τοὺς ἀνθρώπους)

35. περισσεύοντα τὰ τῆς δαπ. Scribi ἀρκοῦντα iubenti Heindorfio assentitur Schneiderus in margine. Vid. Comm. I, 3, 5. Non additus est articulus I, 2, 1. II, 3, 2. Oec. II, 8.

36. δι' ἔνδειαν γὰρ — δὲ ἀποκτ. Praestabilior videtur scriptura Parisinorum οἳ οὕτω πεινῶσι χρημάτων. Libri manuscripti ἀπορωτάτων et ἀποκτείνουσι dant.

37. om. ἄγαν. Verba πολλὰ ἔχων καί nondum ego possum damnare. Ex oppositione Antisthenis nihil se habere et habere tamen dicentis, quo satietur, explicat Hanovius. Verum quoniam avaritia hominum gravis morbus dicatur esse, ἐγχέων legendum esse dicerem: quod verbum de infuso medicamento passim est apud medicos graecos: si tam pro medio dici posset activum quam illud pro hoc interdum positum creditur. In verbis sequentibus ἂν particulam tueor cum Hermanno De part. ἄν p. 41. et Hartungio De partt. gr. II. p. 309: quamquam quominus cum Bornemanno εὑρίσκω coniunctivum putem esse, impedit et loci sententia et verborum collocatio. Nuper de hoc loco exposuit R. Klotz. ad Devar. Partt. gr. II. 1. p. 110. atque iterum de eadem re p. 139. verba ita constituens: ὡς μόλις αὐτά, καὶ ἐγὼ ἂν αὐτός, εὑρίσκω: ut vix ea, etiam cum solus, inveniam. Qua in re primum hoc non recte fecisse mihi videtur vir doctissimus, quod αὐτός interpretatus est solus, quum potius exspectaveris etiam quum cum multis et certe dicendum fuerit etiam quum ego ipse; deinde si aliquod esset participium supplendum, non esset aut ἔχων aut εὑρίσκων aut τοῦτο ποιῶν aut etiam τυχών, sed esset ex ipsius ratione ὤν, ex nostra ζητῶν, pene ut est apud Hermannum; denique non esse εὑρίσκω coniunctivum quum alia docent tum locus ab ipso comparatus Luc. Dial. Meretr. XI, 4. Haec enim sunt per se accipienda: μόλις αὐτὰ καὶ ἐγὼ ἂν αὐτὸς εὑρίσκω. Heindorfius vel ἂν deleri vel εὑρίσκοιμι scribi voluit.

38. ἐθέλειν αὐταῖς. Verum habet codex ὥστ' ἔργον μέ γ' ἐστὶ καὶ ἀνεγεῖραι. Quod dudum propositum, dudum refutatum est, in mentem sibi venisse scribendum μέγ' ἐστὶ dicit Schmidt. Quaest. de locis quibusdam Xenoph. etc. Sedin. 1831. p. 21.

39. ἧττον δὲ τούτων μοι. Possit quispiam suspicari scribendum ἧττον δὲ τούτων· ὧν μοι, ut αὐτῶν, quamquam suam explicationem habet, praetermittatur. Ceteroquin οὕτω magis probandum quam τοσούτῳ.

41. Scrib. γίγνεται. 42. πολυχρηματίαν ἀσκοῦντας (posteriore vocabulo obliterato, in margine vulgata est).

43. τοῦτον ἐκτησάμην est etiam in Parisinis. Unde praeter necessitatem τοῦτο verum duxit Pflugk. Eur. Heracl. 171. Scrib. ἐγώ τε νῦν.

44. καὶ οὗ πλείστου (sic videtur) — οὗτος μὲν οὖν οὕτως. Scrib. θεᾶσθαι — ὁ πλείστου. Deinde καὶ οὗτος δή coniicit Krügerus apud Herbstium. Ultimis in verbis vulgatam confirmat codex, usui Xenophonteo convenientiorem.

45. τὸ μηδενός. Recentissimae editiones, praeter Parisinam, quae tota pendet e Dindorfianis, recte restituerunt δανεισάμενος. Contuli in editione Anab. VII, 3, 41. II, 3, 29.

46. ἐκ τούτου est etiam in Parisinis et Juntina. Ceterum quod quid haec locutio ab altera μετὰ τοῦτο differat apud Xenophontem, dixit nuper Sievers. in libro De graeca historia conscripto: illud ut breviorem, hoc longiorem temporis intercapedinem significet: si plurimis in locis discrimen comprobatum videmus, inest hoc in utriusque praepositionis natura.

47. ἐπερωτῶσι τοὺς θεοὺς τὰ μὲν φαῦλα. 49. De verbo παρέχομαι cf. VII, 4. Bernhard. Synt. p. 346. ἄν post ἐφ' οἷς fortasse addendum cur dixerit Cobet. Prosop. Xen. p. 65, nescio.

50. δέ τι κακὸν λάβωσι. Recte, ut videtur: et habent Parisini, quos Dindorfius, Bornemannus, Herbstius narrant κακόν τι habere; id vero Gailius propter §. 51. Weiskianae editionis retulit, in qua vitio quodam operarum a Bachio transmisso, in Corrigendis correcto, scriptum erat κακόν τε. Supra vitium Schaeferianae Ἐπειδὴ δή repetiit Hanovius.

52. συρρακούσιε. 53. Correctionem Heindorfianam νομίζοντας comprobavit Schneiderus in margine: eandemque miror placere etiam Bornemanno ad Comm. I, 2, 42.

54. αὐτὸς ἄρ' ἔφη. 55. νευρόσπαστα. Quod Schwidop. Obss. in Xen. Hell. p. 20. post τούτῳ immittendam censet γέ particulam, est ea coniectura, quamvis ipsa per se probabilis sit, in earum tamen numero habenda, quibus libri scriptorum antiquorum magis liberandi quam locupletandi sunt.

56. οἷον ἔφη ὁ καλλίας — μὴ ὀκνῆτε. De verbo ὁμολογησώμεθα vid. Graser. Adverss. Platon. p. 76. interprett. Comm. I, 2, 57. Scribi hic quoque potest εἶπαν, ut III, 2. Quamquam ea res maiorem dubitationem habet quam visum est censori Herbstianae Halensi 1831. 170. p. 77.

58. ἐπιστάμεθα, τί ἐστιν — τί δὲ τῇ αὐτῇ usque ad πάνυ μὲν οὖν om. ἄγουσιν, ut alia, et paullo antea ὅτι ἐστὶ et φωνῇ ἐστι ex Schaeferiana negligentius retinuit Hanoviana.

59. ἀρίστους ποιεῖν — μέντοι ἐσχέθησαν. 60. ὅδ' εἰπών. Ex Paris. A. ἐραζεσθαι eruit qui pro Gailio eum codicem comparavit, ipso Gailio fortasse etiam incertior.

61. ἐμοὶ ἔφη ὦ σώκρατες παραδίδως (β̄ supra ὦ σώκρατες, ᾱ supra παραδίδως). Quem verborum ordinem quum quidam mutavissent e Parisinis, ad priscum illum rediit Dindorfii Teubnerianam sequuta Didotiana.

62. κακὸν ἴδῃ. Heindorf. οἶδα δέ γε Ἰππ. Non male.

64. ὠφελίμους αὐτῷ — φίλας ποιεῖν — σὺ δὲ ὡς κακῶς. Scribendum Ταῦτα οὖν· particulam enim interpositam μέν neque codex noster habet neque Juntina. Vid. II, 11. Deinde non opus est φίλας in φιλίας mutari e Par. A. Neque recedendum a codice in verbis σὺ δέ, ὡς, in quibus μοί pronomen postquam Bornemannus uncis seclusit, evanescere coepit. Denique scrib. ἐὰν γάρ.

Cap. V.

1. Utrum Καλλίας εἶπε an K. ἔφη scribendum sit, haud facile diiudicaveris.

2. A. et C. Matthiae in Graecis suis Anthologicis P. I. p. 67. sine auctoritate et sine caussa scripserunt προςενέγκατε.

3. ἔφην καὶ ἐν ἵππῳ. De omissa ante βοῦ praepositione, quam Victorius dat, vid. Bornem. Cyrop. II, 3, 13. ed. Schn.

4. πρὸς ἔργα. 5. ἤδη particulam, quae deest in cod. Paris. B, defendam annotatione scripta in editione libri ad IV, 60. Vid. Hartung. Partt. gr. I. 239.

6. ῥίνας. Collocationis verborum ἀλλ' εὐθὺς ἐᾷ et ἀλλ' ἐᾷ εὐθύς eadem ratio est atque vocabulorum ἔφη et εἶπε §. 1.

7. καὶ τῶν ὄνων. Articulum Bornemanni operae neglexerunt. In distribuenda inter personas oratione Dindorfium sequi placet. Quod fecit etiam Voigtlaender. Brev. de locis nonnullis Xenoph. disp. Schneeberg. 1826. p. 10, cuius ratio comprobata est assensu Bremii Annal. phil. Lips. 1826. p. 320: non fecerunt Bornemannus, Hanovius, Matthiae uterque. Vid. Herbst.

8. ἀποτίσαι. Quod ἀποτῖσαι scribendum iam Heindorfium censuisse annotavit in margine Schneiderus, censent hodie pene omnes. Vid. Elmsl. Eur. Med. p. 205. ed. Lips. Schaefer. App. Dem. IV. 302. Krueger. Nov. Annal. phil. Lips. 1838. XXII. 1. p. 33. Antea propter vim oppositionis scribendum duxi πρὸς σὲ ἀντιλέγειν. Vid. Buttm. gr. II. 413.

9. Quod loci facetia parum a quibusdam intellecta est, coniecturis tentatus est parum idoneis. Quod quum post Bornemanni censorem Diar. Lips. 1826. 269. a novissimis editoribus maximam partem demonstratum sit, hoc unum addo, διέπραττε ratione paragraphi secundae habita dictum videri.

Cap. VI.

1. ἔχοις ἄν, ἔφη, ὦ — ὃ μέντοι — ἀλλ' ὃ δοκεῖ, τοῦτ' ἔφη. Illud ἔφη non magis dubitavi recipere quam quod Heindorfius olim coniecit, codex commode comprobavit ἀλλ' ὃ δοκεῖ, τοῦτ', ἔφη, sc. εἰπέ. Quam ad rem illustrandam locus e Platonis Menone a Dindorfio excitatus est. Comm. III, 10, 15. Bornemannus quam alia probabilius iudicavit αὐτό, ἔφη, τοῦτ' ὃ λέγεις. Ages. V, 6. legendum cum libris videtur ἃ δέ πάντες ἐπιστάμεθα, fere ut Comm. II, 6, 17.

2. Quod editores pristini propter usus ignorationem scribendum duxerunt Οὐκ· ἀλλ' ὅταν διαλίπωμεν a nullo codice datum, eos nemo sequutus hodie est praeter Hanovium,

nisi quod F. C. Hertlein Diar. Darmstad. 1838. 73. p. 597, quod nullam oppositionem in loco inesse crederet, formam negationis paragogica littera auctam reponendam dixit argutius quam verius. Scriptum certe invenitur *οὐκ*, *ἀλλά*, ubi minor oppositionis vis est, veluti Comm. II, 6, 11. 13. IV, 6, 2. 5. 11. Contra v. Cyrop. II, 3, 8. Quos locos indicavi in editione.

3. Pro verbis *ὑπὸ τὸν αὐλόν* parum recte Cobet. Prosopogr. Xen. p. 54. restituendum censet *ὑπὸ τοῦ αὐλοῦ*. Vid. Wyttenb. Plut. VI. I. p. 349.

4. *ὦ ἑρμόγενες.* Quod retinendum videtur.

5. *ἔφη ἂν οἶμαι.* Sedem *ἂν* particulae ne quis incommodam putet, conferat VII, 5. Stallbaum. Plat. Criton. 52 d. Hommel. Plat. Symp. 202 d.

6. *μὲν αὐτοῦ — ἀφρόντιστος ἐκαλοῦ. εἰ.* 7. *ὄοντες* nemo posthac, opinor, repudiabit. Hanovius invitus *ὄντες* intactum reliquit.

8. *πόσας ψύλλα.* Malo equidem ex Aristophane cum aliis scribere *πόσους ψύλλης πόδας ἐμοῦ ἀπέχεις*, quod tanquam a se primum inventum proposuit Cobet. Prosop. Xen. p. 16, quam ex eodem cum Heindorfio *πόσους τοὺς ἑαυτῆς ψύλλα πόδας ἐμοῦ ἀπέχει.*

9. *εἴπερ γε τοῖς πᾶσι — αὐτοῦ βελτίων.* Censor Schneideri Halensis volebat *ἀλλ' εἴπερ γε τούτοις τοῖς πᾶσι.* Quod in Schneideri interpretatione Bornemannus *ἐν* praepositionem desiderabat, cf. Plat. Alcib. I. 122 c. *παῖδα ἂν ἡγήσατο σαυτὸν πᾶσι τοῖς τοιούτοις*, ubi Stephanus malebat *ἐν* additum. Sed vera est interpretatio, quam ab Dindorfio Herbstius accepit. Articulum ante *βελτίστοις* in editionis exemplo suo uncis inclusit Schneiderus. De reliquis verbis v. ann. edit.

10. Recepi Weiskii emendationem. Quod ex vulgata *μηδενὶ μηδὲ τούτων εἴκαζε* Finckhius mutato genitivo in *τούτῳ* eruit: mit nichts, auch mit diesem nicht, facilius ferrem, si ne genitivo quidem mutato interpretatus esset: ne eorum quidem, qui nulli sunt, cuiquam compara. Quae videris qualis sit facetia.

Cap. VII.

2. *θαυμασιουργήσειν — κινδυνεύω — δ' ἂν μάλιστ' ἄν.* Emendatio Moschii haud spernenda est *ἦσαν*, recepta ab Herbstio. *θαυματουργήσειν* iterum in Thesauro tuitus est Dindorfius. Deinde *κινδυνεύω* scribendum duxi cum codice nostro, quod voluit iam Heindorfius; quam scripturam si sequimur, non opus est pro *οὖν* scribatur *γοῦν* cum Dindorfio, quem tacite sequutus est Herbstius. Nec minus ego sequor codicem nostrum et Parisinos scribens *ἡμεῖς δ' ἂν μάλιστ' ἂν εὐφραινοίμεθα.* id quod voluit etiam Hanovius. Denique malim *ὅτι* in aliis codicibus deesse quam in B.

3. *τό, τε ἐπὶ — ἀναγινώσκειν — τί ἂν παράσχοι.* Errabat Dindorfius *τίν' ἂν* esse in A. dicens.

4. *πάνυ τοι σπάνιον — ὂν :φλέγα: μὲν οὐ* (in marg. *φῶς*) *— ἐν αὐτῷ δέ.* 5. *αὐτούς γε ῥᾶον*

Cap. VIII.

1. *καὶ τῷ μὲν — ἀνθρώπου ἰσουμένου.* Omiserunt *καί* Bornemanni operae. *μέν* post *με-*

γέθει recte interposuit Schneiderus. Vulgatam ψυχῇ δὲ ἀνθρώπου ἱσουμένου tuendam puto, ut in ea significatio eadem insit atque in Astiana correctione, cuius loco miror neminem propter soni similitudinem ἀνθρώποις proposuisse. Parisina quamquam Blomfieldi coniecturam habet, verba ita interpretata est: animo hominibus insidet. Voluit fortasse hominis. ἂν delendum.

2. γε μὴν ἔτι μὴν καὶ ἐρώμενος ὢν ἤδη καὶ ἄλλων. Scribendum videtur Κριτόβουλός γε μήν, καὶ νῦν ἐρώμενος ὤν, ἤδη καὶ ἄλλων ἐπιθυμεῖ: ut ἔτι additamentum interpretis sit ad vocem νῦν. Cf. Cyrop. VIII, 3, 13. Haas. RLac. p. 175.

3. ἵλεων δὲ τὸ ἦθος emendatio est Cobeti Prosop. Xen. p. 65. inutilis, quales is liber ceterum satis utilis habet non paucas.

4. ὄχλον πάρασχε. ὡς γάρ. Omittendum est σύ pronomen post ὡς, quod quamquam in nullo codice manu scripto invenitur, ab Aldina, ut videtur, et Halensi propagatum est per editiones praeter Dindorfianas omnes.

6. Est, ut videtur, in nostro codice κρύπτωμεν.

8. ἀνδρίαν — ἐστι τῆς τοῦ. De varietate scripturae ἀνδρία et ἀνδρεία vid. Quaest. I. p. 11 sq. Illam formam per totum Xenophontem habet Zeunius, damnat Dindorfius Ages. VI, 1. quocum frater consentit Aristoph. Equitt. 268. Placet nunc disputantes de ea re nominare Ellendt. Praef. Arrhian. XXVI sqq. Schaef. App. Dem. I. 539. V. 644. Schneid. Plat. Civ. 361 b. Lob. Paralipp. p. 360. Vulgatam καὶ τῆς τοῦ ἐρωμένου φύσεως quod tuitus sum cum Bornemanno, feci propter consilium laudationis Socraticae, de quo dixi in editione. Quamquam τοῦ ἐραστοῦ est correctio speciosissima, probata etiam Voigtlaendero, cuius sententiam parum recte narrat Herbstius, et Bremio.

12. πολὺ κρεῖττον quod est in Paris. A, scripsit Bornemannus in annotatione, non commemoravit.

13. γὰρ ἄνευ. Genitivus significat eum, in quo aliquid conspicuum est. Scrib. τῶν ἐρωμένων. Pro ἰδία admodum probabili coniectura scribendum dixit ἡδεῖα Heindorfius apud Schneiderum sensitque idem Dindorfius Anab. ed. Teubn. p. 181. unde recepit Parisina. Vid. interprett. Thucyd. II, 44.

14. ἀμφότεροι — χρόνον ᾗ ἐπί. Habet igitur codex ὅσον περ ἂν χρόνον.

15. ταῦτα ἀνάγκη — διὰ τούτου καὶ ἐπαφροδιτωτέρα. Non magis h. l. quam II, 25. ταῦτα in ταὐτά mutandum est cum Heindorfio, quod voluit etiam Schwidop. Obss. in Xen. Hell. p. 4 sq. Vid. ann. ad IV, 11.

16. γενναία ψυχῇ. In Schneideriani exempli margine haec ascripta sunt: ὡς μὲν γὰρ ἀναγκάζει ἑαυτὴν ἄγασθαί τε καὶ φιλεῖν ᾗ τοῦ ἐρωμένου θάλλουσα. Habet, ut videtur, codex noster receptam a nobis lectionem τὸν τοιοῦτον ἐραστήν, nec opus est Heindorfiana τῶν τοιούτων τὸν ἐραστήν, apud Schneiderum in margine notata.

17. πιστεύοι habet codex. παρηβήσῃ Lobeck. Progr. 1816. Tmesin statuunt Morus Isocr. Paneg. p. 11. Bait. Krüger. Dionys. p. 21: v. Bornem. ann. ad Cyrop. I, 6, 33. ed. Schn.: negat esse Göller. Thuc. III, 13. Recte: id quod ex oppositione locutionis ποιεῖν τι, quod est recte facere (v. ann. ad REq. VII, 7. MEq. VII, 10), demonstravi in editione.

18. δὲ ἐπὶ ταῖς. 19. πέρα τῶν παιδικῶν εἴργειν. 20. καὶ μὴ ὅτι. 21. χρημάτων ἀπεμπολῶν.

22. οὐδὲν ante χ...λεϊτόν est etiam in nostro codice: quod non magis repudiavimus quam §. 3.

23. μὴ θαυμάζητε. Scriptura Dindorfii Φοῖνιξ non magis h. l. codicum praesidio munitur quam Anab. II, 3, 16. Vid. Buttm. gr. I. 170. II. 399. Herm. Soph. Oed. T. 746. In Parisino A. αἰεί est, non ἀεί, ut est apud Herbstium: qua de forma v. Born. Cyr. V, 3, 58. ed. Schn.

25. καρπώσηται. Ut futurum praeferret, dicit Bornemannus effecisse auctoritatem codicum Parisinorum: qui tamen dubium videri potest utrum habeant. Gailius enim quamquam inde a IV, 52. quod reliquum sit capitis, se ad Weiskianam contulisse dicit, tamen nec usquam narrat se ad Zeunianam redisse et est ubi inter utramque fluctuare videtur. Ad utramque notas suas retulit V, 5. VIII, 36; ad neutram VII, 4. ad solam Weiskianam VIII, 8. 26. id quod parenthesi quidem significavit. Cf. ann. ad Comm. II, 1, 19. 4, 2.

26. γινώσκη. Weiskium ὅσα μὲν ἂν εἰδῇ scribentem sequuntur Schneiderus, Schaeferus, Dindorfius, Hanovius, Parisina. Quod libri habent ὅσα ἂν μὲν εἰδῇ, etiam probabiliorem reddit Heindorfii rationem apud Schneiderum in margine ὅσα in ὅς mutantis. Idem dedit Herbstius, qui nescio an recte articulum ὁ post ὅτι praetermiserit. Cf. Heindorf. Plat. Phaedr. 239 a.

29. ὅσω μὲν (sec. m. ὅσων) — ψυχαῖς ἀγασθείη (s. m. inserit ἀγαθαῖς post ψυχαῖς) ἀθανάτους αὐτοὺς ἐποίει. Qui ψυχαῖς dativum mutavit, structuram verbi ἄγασθαι ignorabat multiplicem, de qua dictum a me est ad Comm. IV, 2, 9. Dativi usus rarior. Vid. Bekk. Anecd. I, 324. Matth. 399. Bernhard. Synt. p. 104. Non tulit eam structuram apud Platonem Hommelius Sympos. 179 c. ἀγαθαῖς autem ab aliquo insertum videtur fuisse, qui ὅσων pendere putaret ex ἀγασθείη, ut esset ψυχαῖς ablativus caussam significans. Scribendum Διόσκοροι cum nostro codice et Parisino C. Vid. Lob. Phryn. 235.

30. γαννυμήδην — καὶ ὁμήρω. γάνυται δ' ἀκούων — ὅτι ἥδετ' ἀκούων. Recte omnes praeter Bornemannum editores retinuerunt καὶ Ὁμήρῳ. V. Bernh. Synt. 80. Deinde ἥδετ' ἀκούων recte dictum putarem propter metrum, nisi in sequentibus interpretatio extra metrum esset. Iniuria τέ iteratum miratur Bornemannus.

31. ὡς παιδικῶς. 32. ὑπὸ τῶν πονεῖν — παυσανίας τε. Verba καὶ πονεῖν καὶ κινδυνεύειν, accedente potissimum verbo ἐθέλειν, locutionem Xenophonteam efficiunt: Hellen. V, 1, 16. Cyrop. II, 3, 4. οὔτε κινδυνεύειν οὔτε πονεῖν Anab. I, 4, 14. Oecon. XXI, 4. μήτε π. μήτε κ. Oecon. XIII, 11. De forma καλινδεῖσθαι Herbstio improbata vid. praeter Bornemanni opes G. Dindorf. Isocr. Paneg. 151. et mea annotatio ad R Eq. V, 3.

33. οἱ ψέγειν τί, καὶ ἀφρ. 34. συγκαθεύδοντες γοῦν. Esse hoc etiam in Parisinis et apud Zeunium dico propter Bornemannum.

35. Fortasse hic quoque cum Parisinis scribendum οὕτως τελέως. Quod dudum suspicatus est Langius πόλει eiiciendum esse, non comprobatum illud Schneideri et Bornemanni assensu, miratur neminem detexisse Winckelmannus Diar. Darmstad. 1840. 157. p. 1282. ceterum pro ὁμοίως scribendum ratus ὅμως, quod est apud Bachium, Weiskium, Schaeferum, Schneiderum. Quodsi πόλει additamentum esset interpretis, non tam χώρα intelligendum equidem censerem quam τάξει, quod ipsum pro πόλει scripsit Parisina editio, quae duce suo Dindorfio relicto, hoc ipso suadente an Duebneri iussu incertum, etiam antea dedit ὡς κἂν μετὰ ξένων κἂν μὴ κτέ. Verum quamquam καί sufficere ad tuendum ὁμοίως videtur, tamen ὅμως facilius fero quam reliquas mutationes.

***

36. ἐπισκοπῶμεν — ἐγὼ γάρ οἶμαι — ταῦτα πάντα τῷ. Nondum potui relinquere optativum ἐπισκοποῖμεν, quem Heindorfius etiam Schneidero probavit. Minus vero recte ille deinceps ὁποτέρως scribi voluit. Vocabulo πάντα post ταῦτα inde a Bachio haec sors accidit, ut pene in omnibus editionibus, etiam invitis earum auctoribus, praetermitteretur.

37. ἄδηλον (εὔ). 38. τρόπαια τῶν πόλεων. 42. ἄριστος ὦ. Vel scribendum est Οὐκοῦν — αὐτῇ. vel Οὔκουν — αὐτῇ; quod voluit Breitenbach. Diar. Darmstad. 1841. 13. p. 111.

Cap. IX.

1. καλός γε κἀγαθός. Ita scribendum cum codicibus omnibus: vid. IV, 54. coll. 45. Cautius idem suasit Schwidop. Obss. critt. in Xen. Hell. p. 20. quam IV, 55: errat autem maxime, quod καλὸν κἀγαθόν nunquam apud Xenophontem inserta vocula τέ dici putat virum honestum ac nobilem. Vide, ut proxima tantum afferamus, VIII, 11. 17. Alia passim inveniuntur: unum praecipue locum excitamus Oecon. VI, 16.

2. θρόνος τε ἔνδον — ἑαυτῆς καί. 3. οὕτω δὲ φαινομένου. 4. ὥσπερ ἂν εἴ τις. Recte.

5. ἐκ δὴ τούτου. 6. δὲ οὕτως ἐπομνυούσης, μὴ μόνον — ἐπομόσαι ἄν. Scrib. δὲ οὕτως. V. ann. ad II, 25. Fortasse ὡς ante μὴ μόνον inserendum est, ut est apud Castalionem. Vid. Bornem. Cyrop. III, 1, 27. ed. Schneid. VIII, 7, 27. ed. Goth. Cf. Anab. V, 9, 31.

In fine codicis: Ξενοφῶντος ῥήτορος συμπόσιον.